

DE ARISTOTELIS  
ETHICORVM EVDEMIORVM AVCTORITATE.

---

DISSERTATIO INAUGVRALIS  
QVAM  
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS  
CONSENSV ET AVCTORITATE  
IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA  
AD  
SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES  
RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

PETRVS VON DER MÜHLL  
BASILIENSIS.

---

GOTTINGAE  
OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA TYPIS EXPRESSIT  
MCMIX.

Harvard College Library

JAN 11 1910

From the University  
by exchange

De dissertatione probanda ad ordinem philosophorum retu-  
lerit E. Schwartz.

Examen rigorosum habitum est die III mens. Mart.  
a. MCMIX.

FRIDERICO FRATRI

S.

## Vita.

Natus sum Petrus Von der Mühl civis Basiliensis Basileae Kal. Aug. a. 1885 patre Frederico matre Helena Vischer. Fidei addictus sum evangelicae. Eruditus sum in gymnasio Basiliensi ibique amorem litterarum veterum cepi; quantum debeam et doctrinae et exemplo Theodori Pluess, grato animo semper recordabor. Maturitatis testimonio instructus sex menses aestivos a. 1904 Genevae degi, ut linguae Francogallicae studerem. Eiusdem anni autumnum domum reversus inter cives universitatis patriae receptus sum. Mense Oct. a. 1905 academiam Georgiam Augustam petivi et ex eo tempore Gottingae totum me antiquitatis studio dedi.

Viri docti qui me docuerunt sunt hi:

Baumgartner, Rud. Burckhardt †, Duhm, Joël,  
A. Koerte, Muenzer, Sommer Basilienses.

Andreas, Kielhorn †, G. Koerte, Leo, W. Meyer,  
Pfuhl, Schwartz, Vischer, Wackernagel, Well-  
hausen Gottingenses.

Seminarii philologorum Basiliensis per unum semestre, Gottingensis per tria semestria sodalis fui, quorum per unum senior; item seminarii archaeologorum Gottingensis per tria semestria. Exercitationibus interfui archaeologicis, grammaticis, indicis, iraniceis, palaeographicis, philologicis.

Omnibus qui me docuerunt ex animo ago gratias debitas, Schwartzio, quod eius consilio benignissimo in hoc opusculo conscribendo uti mihi licuit.

Hoc vero gratissimum mihi accidisse opinor, quod discipulus esse potui Gottingensium trium illorum philologorum illustrissimorum virorum humanissimorum Leo, Schwartz, Wackernagel.

---